Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-159872-p0001-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-159872-p0002-8

1764, 4
G. 39. num. 28.
4
6

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAVGVRALIS
DE

# CAVTA GERMANICORVM MIXTI GENERIS STATVTORVM INTERPRETATIONE

QVAM
DEO AVXILIANTE
AVCTORITATE
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS
IN INCLVTA ACADEMIA ALTORFINA
PRO LICENTIA
SVMMOS IN IVRE HONORES
CONSEQVENDI
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI
DIE XXVI IVNII MDCCLXIIII
SVBIICIT

GEORGIVS CHRISTOPHORVS ALBERTVS
SPISIVS

P. 81.
KOENFRIED UNIVERS. ZV HALLE

ALTORFII
LITERIS IOANNIS ADAMI HESSELII ACADEMIAE A TYPIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-159872-p0003-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-159872-p0004-9

A

# L' ILLUSTRE MAGISTRAT

DE LA

REPUBLIQUE

DE

NUREMBERG.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-159872-p0005-5

## ILLUSTRES TRÉS NOBLES ET TRÉS GRACIEUX SEIGNEURS

*L'éclat de VOS illustres naissan ces et la gloire de VOS célébres ayeux fameux par leurs nobles et brillants exploits, que nous vante l'hiſtoire, VOUS rendent reſpectables par tout où l'on connoit cette chére patrie, le modéle le plus parfait de toutes les Republiques, le veritable chef d'oeuvre de la politique. Mais ce ne ſont pas là pour VOUS, MES ILLUSTRES SEIGNEURS, les ſeuls garants de l'amour, du devoûment et de la fidélité de VOS citoyens et de*

*VOS*

*VOS ſujèts, membres heureux d' une ſocieté, dont la ſage constitution affermie par les loix les plus excellentes fût la juste admiration de bien des ſiécles. Ce ſont encore plus VOS rares et éminens talens dignes de Heros, la ſagesse de VOS conseils, l' empressement genereux, avec lequel VOUS consacrés tous VOS momens les plus precieux au bien public, la douceur extrème et la bonté ſans pareille dans toutes VOS actions, qui remplissent les coeurs de tous ceux que VOUS gouvernés et protégés, de ſentimens de reconnoissance et d'un Zéle vertueux et patriotique, lequel les anime, les rend utiles à l'Etat, et devient l'unique fondement et le meilleur ſoutien de la ſocieté civile. Voilà, MES ILLUSTRES SEIGNEURS, les vrais motifs qui m' engagent à VOUS rendre cet hommage public, en VOUS offrant ce recueil de pensées, dont le ſeul merite est une digne matiére aussi bien qu'une noble vûe à celui qui entreprend de la traiter. Convaincû que c'est ordinairement le caprice et l'opiniatreté des particuliers, qui ont corrompu dans tous les tems les loix les plus ſalutaires et les plus convenables au bonheur des Etats, j'ai crû que ce ſeroit contribuer en quelque maniere à ce louable but, j'entends à la prospérité commune, que de défendre la pureté de nos loix, dont nous portons d' autant plus docilement le joug honorable, qu' elles ſont faites pour n'en porter aucun autre. La coutûme m' autorisant à devenir Auteur, un mouvement de veneration et de reconnoissance me porte à mettre VOS Illustres Noms à la tête de ces feuilles. Daignés donc, MES ILLUSTRES SEIGNEURS, jetter quelques gracieux regards*

*ſur*

*ſur ce nouvel essai d'un jeune citoyen du monde literaire; dont les efforts, quelque foibles qu'ils paroiſſent en eux-mêmes, ſuffiront, je m'en flate, à prouver la candeur de ſes intentions, et le ſentiment du très profond respêt, avec lequel il fait ſon premier devoir d'être*

## *ILLUSTRES TRÈS NOBLES ET TRÈS GRACIEUX SEIGNEURS*

## *VOTRE*

*très humble et très obeïssant Serviteur*
**GEORGE CHRISTOFLE ALBERT SPIES.**

# I.

## *Inſtituti ratio.*

Nondum ſatis, inquies, humane lector, de ſtatutorum Germanicorum interpretatione diſputatum? Quorſum omnis haec tam copioſa diſceptatio? Nonne ſummi iampridem uiri, quos muſa uetat mori, in quaeſtione hac diſcutienda ingenium ſuum induſtriamque exercuerunt, eamque radiis ſuis abunde colluſtrarunt? Quorſum igitur nugae huiusmodi iuuenum minus exercitatorum? Nonne tacuiſſe, quam centies ample ac erudite expoſita retractaſſe, ſatius eſſet? Bona uerba, quaeſo, candide lector. Non me fugit, quam praeclare atque ſtudioſe numeroſa maximorum iuris interpretum cohors in argumento iſthoc explicando dudum elaborauerit. Non ignoro (quem iurium cultorem ignorare non pudeat?) ſolidiſſimas omnibusque numeris abſolutas hac de re obſeruationes uirorum doctrinae meritorumque gloria celeberrimorum, immortalis I. H. BOEHMERI [1]), C. H. FREIESLEBENII [2]), C. G. RICCII [3]), C. H. ECKHARDI [4]), et, qui omnium eſt inſtar, illuſtris I. HEVMANNI [5]), eheu! quondam noſtri, cuius mortem praematuram, et acade-

academia noſtra, et omnis Germania literata, lugere numquam deſinet. Probe, inquam, ſcio, quam docte, quam ſollicite feliciſſima iſthaec ingenia in legum patriarum rite interpretandarum modum ac rationem inquiſiuerint. Nec diffiteor, cum ex illorum commentationibus praeſtantiſſimis, quas inſpiciendi perluſtrandique mihi copia fuit, tum ex huius recitationibus ſolida et eleganti eruditione pleniſſimis, quibus annos aliquot intereſſe mihi licuit, inſignes plane me percepiſſe fructus. Equidem multa, fateor, praeclara edoctus ſum. Varias, et legi, et audiui, animaduerſiones ſatis egregias, nec ubiuis obuias. Sed, triſte fatum! ſimul didici quoque, luculentiſſimas ueritates nonnumquam a doctoribus in utramque partem diſputari ſolere; ipſamque hanc de ſtatutis interpretandis litem ſaepius quidem diutiusque agitatam, nondum uero plane compoſitam fuiſſe, animaduerti. Quid mirum igitur, ſi mihi quoque nonnihil adhuc dubii circa hanc quaeſtionem ſuperſit? Equidem de illis Germaniae noſtrae ſanctionibus, quae uel mere domeſtica tradunt, uel totae ex iure peregrino hauſtae, integrum quoddam illius caput patriis moribus inſtitutisque accommodatum diſtincte exprimunt, res magis expedita uidetur. Sed ſunt etiam ſtatuta Germanica, quae nec patria atque connata ſola, nec mere adſcita, ſed haec illis mixta proponunt, quaedam ex iure Romano repetunt, alia uero, quippe principiis noſtris minus conſentanea, reiiciunt, aut ſilentio praetereunt. Inde uero exorta quaeſtio: quaenam in eiusmodi ſtatutis, quae dicunt, mixti generis, explicandis principia ſint ſequenda. In uarias hic ſententias abire ſolent legum periti. Quidam, omnia iſtius generis ſtatuta, utpote maximam partem ex iure, quod dicunt, communi depromta, exinde quoque interpretanda eſſe, arbitrantur. Alii, non tam fontem iſtum iuris communis, unde manarunt, quam ipſam ſtatutorum mentem atque oeconomiam, ac ſingularem reipublicae noſtrae conformationem, in legum iſtiusmodi interpretatione potiſſimum reſpiciendam eſſe, contendunt. Nos, diuerſas haſce doctorum opi-

niones

niones quodammodo examinaturi, ex illorum principiis nouas quasdam concluſiones deducere, et quaeſtionem exemplis quibusdam huc praecipue ſpectantibus aliquantum illuſtrare ſtudebimus. En igitur inſtituti noſtri rationem qualemcumque!

1) in diſſ. *de natura ſtatutorum, quae in ciuitatibus prouincialibus conduntur, eorumque obligandi principiis. Hal.* 1721.

2) in diſſ. *de interpretatione ſtatutorum ex iure communi. Alt.* 1735.

3) *im zuverlaeſſigen Entvvurff von Stadtgeſetzen oder Statutis, vornemlich der Landſtaedte. (Frft. und Lpzg.* 1740, 4.) *II Buch*, 11 *Hauptſtueck, pag.* 437 *ſeqq.*

4) *in hermeneutica iuris (Ien.* 1750, 8 *mai.) lib. II, cap.* 1.

5) *im Geiſt der Geſetze der Teutſchen (Nuernb.* 1761, *gr.* 8.) *Cap. VIIII, pag.* 94 *ſeqq.* item *in Exercitationibus iuris uniuerſi*, paſſim.

## II.

## *De ſtatutorum origine.*

Quum ſint, qui in interpretandis ſtatutis Germanicis temporum diuerſorum, quibus condita fuerunt, rationem praeprimis habendam eſſe, ſtatuant[1]): uix eſt, quod dubitem, quin operae pretium facturus ſim, ſi in originem atque hiſtoriam legum harumce patriae noſtrae particularium breuiſſimis inquiſiuerim. Equidem tanto ſtudio tamque accurate materiam iſtam iam pertractarunt, ortum nimirum et fata legum noſtrarum domeſticarum expoſuerunt, hiſtoriae iuris Germanici doctores clariſſimi[2]), ut aliorum induſtriae ne ſpicilegium quidem relictum eſſe uideatur. Quamobrem tantum abſit, ut argumento huic noua lumina adſpergere audeamus, ut potius ex ipſis illuſtrium horum uirorum commentariis doctiſſimis nonniſi pauciſſima quaedam hic delibemus. Priſcam maiorum noſtrorum gentem, quippe fortitudinis magis uirtutisque, quam bonarum artium laude literarumque, quarum ſecreta ignoraſſe uulgo dicuntur, in-

clareſcentem, ſatis diu bonis moribus potius, quam legibus ſcriptis, uixiſſe, inter omnes conſtat. Quamquam deinde nonnullis Germanicae propaginis nationibus ſeculis V et VI magnam illam, quam dicunt, Germaniam relinquentibus, nouasque ſedes occupantibus frequentiſſimum cum Romanis erat commercium; et quamquam cum linguam, tum inſtituta Latii, quodammodo ſibi probabant, et aliquamdiu legibus ſcriptis utebantur: mox tamen ad priſtinam ruditatem ac mores ſuos patrios, numquam non primas tenentes, infauſto ſidere iterum reuertebantur. Tandem uero ſenſim ſenſimque iuris incerti atque naſcentium exinde turbarum innumerabilium taedio capti, immo neceſſitate coacti, conſuetudines ſuas domeſticas, ex quibus in iudiciis cum prouinciarum, tum ciuitatum, citius quidem, ſed ineptius, cauſſae dubiae dirimi conſueuerant, in ordinem quemdam redigere, et literis conſignare coeperunt. Inprimis autem urbium maiorum celebriorumque, quarum tum temporis numerus inſigniter auctus fuerat, quarumque aliae ſatis antiquae laetiorem politioremque faciem induere ſatagebant, plurimum intereſſe uidebatur, cum iudiciorum prouincialium iurisdictioni ſe ſubtrahere, ac propria habere iudicia municipalia, tum etiam eum in finem iura ſua ac mores patrios colligere, literisque mandare, adeoque ſtatuta condere municipalia. Et hanc quidem facultatem, propriis iuribus ac iudiciis utendi, imperatorum dominorumque territorialium priuilegiis (unde ſtatuta ipſa ſaepius priuilegiorum nomine publicata) ab initio obtinuerunt. Inde uarii a ſeculo uſque XIII codices iſtiusmodi legum ac conſuetudinum particularium ſub nomine *Weichbild*, *Stadtrecht*, *Koehre*, *Willkoehre etc.* compilati. Hactenus Germanorum leges natiuum gentis genium propriamque ſapientiam quam maxime ſapiebant. Codices enim iſti legum antiquarum utplurimum mores ſolummodo connatos atque domeſticos referre dicuntur. Sed alia omnia dicenda ſunt de recentioribus ſtatutis inde a ſeculo XV ad noſtra usque tempora promulgatis. Nemo

mo neſcit, qua ratione ius Romano-Iuſtinianeum ſenſim Germanis innotuerit, quomodo paullatim in ſcholas irrepſerit, ex ſcholis autem in fora tranſierit. Certum eſt atque indubitatum, ius iſtud peregrinum tandem in ſubſidium receptum fuiſſe [2]). Quinimmo quamplurima illius capita eaque illuſtriora expreſſis uerbis ſtatutorum noſtrorum uoluminibus inſerta fuerunt, adeo ut in quibusdam recentioris aeui codicibus iuris Germanici originarii perparum, adſciti plurimum, deprehendatur. En igitur legum Germanicarum nouum plane genus, iuris peregrini laciniis neſcio, utrum deformatum, an potius emendatum! En ſtatuta mixti generis!

1) Vid. C. H. ECKHARDI *hermeneut. iuris lib. II, cap. I.* §. 15 *ſeqq.* Conf. C. G. RICCII *Entvvurff von Stadt-Geſetzen, loc. ſupra cit.*

2) Vid. inprimis I. A. KOPPII *hiſtoria iuris, quo hodie in Germania utimur* (*Marb.* 1750, 8), *part. V de hiſt. iuris Germ. priuati.* Add. Goettingenſium lumina elogiis noſtris maiora, nimirum I. S. PUTTER. in *elementis iuris Germ. priuati hodierni* (*Goett.* 1748, 8), *in prolegomenis*; et I. H. C. *de* SELCHOVV in *elementis hiſtoriae iuris uniuerſi* (*ibid.* 1758, 8) *part. IIII.*

3) Ridentur et Romani, et Germani, illi quidem Graecorum, hi Romanorum leges adoptantes. Inſtitutum hoc num iure, an iniuria reprehendatur, neſcio. Romanos rationes politicae ex turbulento reipublicae ſtatu repetitae ad leges peregrinas quaerendas adegerunt. At maiores noſtros penuria legum domeſticarum ſatis concinnarum eo perpulit, ut codicem Romano-Iuſtinianeum, cuius ſanctiones iura patria longe antecellere ipſis uidebantur, in auxilium uocarent. Mihi quidem non tam abſonum uidetur. Praeſtat enim, mea quidem ſententia, leges aliunde petere, quam moribus connatis minus commodis uti. Num uero hodie, rerum facie inſigniter mutata, recte rebus ſuis conſulant noſtrates, iuri iſtiusmodi peregrino reipublicae patriae conformationi non ſemper conſentaneo nimium tribuentes, altioris indaginis quaeſtio eſſe uidetur, non tam facile annuenda.

## III.

### *De ſtatutorum Germanicorum inſufficientia; inde iurium peregrinorum ſubſidium indefinitum.*

Iuri Romano - Iuſtinianeo in Germania noſtra etiam nunc maximam eſſe auctoritatem, inſignem et frequentiſſimum illius uſum, nemo facile ibit inficias. Non in ſcholis modo, uerum etiam in foris ipſis, quotidie haec edocemur. Sed uſum iuris huiusce adſciti definitum a ſubſidio eiusdem indefinito non ſemper ſollicite diſcernere conſueuimus. Sunt, qui omnia Romana putant, quamuis in ſtatutis noſtris obuia, quae ex theſauro iſto peregrino manarunt. At enim uero plura capita, prorſus ex iure Romano transſcripta, in codicibus legum noſtrarum domeſticarum expreſſe recitantur. En igitur uſum iuris Iuſtinianei definitum! En ſanctiones Germanorum, ratione fontis quidem et originis Romanas, ratione auctoritatis uero atque uſus uere Germanicas! *Non neſcio*, inquit illuſtris HEVMANNVS [1]), *multis ius Germanicum eſſe, quod Germani inde a gentis origine ſemper habuerint. Sed, ſi ſacris repurgatis, ſi moribus expolitis, ſi mercatura et artibus inuectis, antiqua multa (recte forſitan) damnauerint, et media aetate ac ſeculis praeſertim XV et XVI noua conſtituerint, quid tum inde? num haec minus Germanica cenſeri debent? num minus Romanae leges erant, quas, regibus eiectis, quas, auxiliis Graecis petitis, condiderunt Quirites? At inſtitutis, aiunt, patriis laciniae multae, indigne prorſus, aſſutae ſunt, haſcine dixeris etiam Germanicas? Quidni? ratione auctoritatis et uſus. Num Germanica cum Romanis inepte permixta fuerint, non disquiro; immo poſſem id aliquando concedere, tamen obtemperandum eſt legibus. Quis dixerit, pergunt, Sctum Macedonianum, quartam Falcidiam, quartam Trebellianicam, exceptionem non numeratae pecuniae etc. inuenta Germanica? Reſpondeo: Quid ad nos inuenta? Communio bonorum connubialis, unio prolium, gerada, beergewetta etc. ſunt*

inuen-

*inuenta Germanica*, *ſed prouinciae quaedam ea uel ignorant*, *uel reprobant.* Equidem non deſtituimur hodie ſtatutorum cum prouincialium, tum municipalium, ſat magna copia [2]). Vix pagus alicuius magnitudinis inuenitur, qui proprio iure ſcripto, moribus ſaltem in ſcripturam redactis, non utatur. Inde tot legum particularium ſyſtemata ſub nomine *der Landrechte*, *Landes-Ordnungen*, *Stadtrechte*, *Reformationen*, *Marcktrechte*, *Amts*-et *Dorffs-Ordnungen.* Verum ſanctionum iſtiusmodi ſingularium collectionum uix ullae ſunt, quae omnem iuris ciuilis priuati ambitum exhauriant, omnem ſyſtematis legitimi campum peragrent. Maximam itaque partem ſunt minus ſufficientes ad frequentiſſimas noſtratium controuerſias diiudicandas dirimendasque. Multa enim ſaepius, eaque maximi momenti, plane omittunt ſtatuta, et caſus uarios ſaepiſſime obuenientes ſilentio praetereunt. Quid igitur, ſi iuris patrii deciſiones deficiant? ſi nec leges ſcriptae, nec conſuetudines ſuppetant? Vnde auxilium quaerendum? Recurrendum ad ius ſubſidiarium, quod et receſſus imperii, et ipſa iura prouincialia, in iis caſibus adiri iubent [3]). Hinc ſubſidium iuris Romani indefinitum, quod latiſſime porrigitur, ad quod quotidie prouocatur.

1) in praef. ad *conſpectum iuris ciuilis communis Germanorum cum natiui tum adſciti.*

2) Statuta eiusmodi particularia non ſunt eiusdem plane generis. Saepius ratione obiecti diuerſi admodum ſunt ambitus. Legum ciuilium et politicarum diſcrimen nouimus. Hinc in nonnullis prouinciis duos legum codices primarios deprehendimus, quorum alter ciuilia tantum, alter mere politica exhibet, ille *Land*-ſiue *Stadtrecht*, hic *Landes*-ſiue *Policey-Ordnung* dictus. Praeter iſta legum uolumina grandiora, in nonnullis locis peculiares adhuc ſanctiones occurrunt, cuius generis ſunt ordines iudiciorum, *Gerichts*-ſiue *Proceſſ-Ordnungen.* Alia loca nec ſanctionum ciuilium, nec politicarum iuſto ſyſtemate gloriantur, ſed ſolis conſtitutionibus ſingularis prorſus argumenti utuntur, quorſum referenda uidetur conſtitutionum criminalium,

um, connubialium, tutelarium, ſucceſſionis legitimae, concurſus creditorum, aedilitiarum, ſaltuariarum, aliarumque quamplurimarum inſignis multitudo. Adhaec maxima pars iurisprudentiae noſtrae Germanicae legibus nititur non ſcriptis, ſeu iure tradito: quamuis iura eiusmodi conſuetudinaria, utplurimum incerta et probatu non adeo facilia, prorſus ignorare, ſatius uideatur cohorti politicorum. Sunt etiam nonnullae ciuitates Germanicae, quae, propriis ipſarum inſtitutis minus ſufficientibus, uicinorum iuribus celebrioribus pro norma utuntur. Sic, ut rem exemplo illuſtremus, ius iſtud famoſum Lubecenſe etiam extra urbis huius ditionem magnam ſibi per omnem Saxoniam peperit auctoritatem. Copioſius haec expoſuit, ac aliorum teſtimoniis in medium prolatis comprobauit *Ioach. Luc.* STEIN *in der Einleitung zur Luebſchen Rechtsgelehrſamkeit* § 18. Sic etiam iure prouinciali Franconico non ducatus Franconiae ſolus, ſed et finitimae regiones ac urbes ſaepius in ſubſidium utuntur. At enim uero exinde iudicare licet, quam incaute, quam perperam nonnumquam, propriis theſauris poſthabitis, ad iuris, quod uocant, communis ſubſidium indiſtincte prouocetur. Patriis enim ex riuulis, puris nimirum atque limpidis, ſemper hauriendum, priusquam fons iſte peregrinus adeatur.

3) Sat multi ſunt, qui de iurium in Germania noſtra uigentium uarietate atque incertitudine admodum periculoſa grauiter, nec ſine iniuria, conqueſti ſunt, et adhuc conqueruntur. Neutiquam diffitendum eſt, male actum eſſe de maxima parte noſtratium, qui iura ſua et leges, quibus obtemperare oportet, noſcitabundi, tot fontes obſcuros, incertos, impuros nonnumquam adire coguntur. At eo melior eorum conditio, qui legum propriarum codice concinne adornato, perſpicue et lingua uernacula conſcripto, eoque ſatis amplo, utuntur, iurium uero ſubſidiariorum libros ſollicitare plane prohibentur. Sic enim innumerae ciuium lites, ſic technae, et fraudes, et ſubtilitates ridiculae eorum, qui de iure reſpondent, et cauſſas in iudiciis agunt, ſic etiam perniciosa illa iuſtitiae ſanctiſſimae protractio, facili negotio reſcindi poſſe uidentur. Optime igitur terris ſuis uaſtioribus ſubditorumque multitudini conſuluerunt, et digniſſimum, quod reliqui ſtatus imperii in prouinciis ſuis imitentur, exemplum praebuerunt potentiſſimus rex Boruſſorum, atque ſereniſſimus elector Bauariae, *ille codice Fridericiano*, hic *codice Maximilianeo*, praeſtantiſſimis ſane iuris Germanici particularis ſyſtematibus publicae luci expoſitis. Di-

gna omnino *Corporis Iuris Fridericiani* praefatio, cuius paſſus nonnulli elegantiores cum lectore beneuolo hic communicentur. Auctor huius praefaminis, illuſtris H. *de* COCCEII, auguſtiſſimi legislatoris iuſſorum interpres digniſſimus ac feliciſſimus, ratione ac methodo, qua codex iſthic compilatus fuerit, paullo uberius antea enarrata, in exponenda mente regis ſui ſapientiſſimi ita pergit: *Se. Koenigl. Majeſtaet haben dieſes Landrecht in Teutſcher Sprache verfertigen laſſen, damit ein jeder, der einen Proceſs hat, ſolches ſelber nachſehen, und ob er Recht oder Vnrecht habe, daraus erlernen koenne. ——— Vnd damit die Privati, inſonderheit aber die Profeſſores, keine Gelegenheit haben moegen, dieſes Landrecht durch eine eigenmaechtige Interpretation zu corrumpiren, ſo haben Se. Koenigl. Majeſtaet bey ſchvverer Straffe verbotten, daſs niemand, vver er auch ſey, ſich unterſtehen ſolle, einen Commentarium ueber das ganze Landrecht, oder einen Theil deſſelben, zu ſchreiben; oder der Iugend Limitationes, Ampliationes oder Exceptiones contra verba legis an die Hand zu geben, oder dergleichen ex ratione legis zu formiren, (allermaſſen bloſs denen Advocaten in denen Proceſſen identitatem rationis anzufuehren erlaubt, und denen Richtern ex identitate rationis zu decidiren frey gelaſſen iſt.) Daher die Profeſſores bloſs der Iugend das Syſtema bekannt machen, und derſelben die Principia generalia deutlich vortragen ſollen und mueſſen. Se. Koenigl. Majeſtaet haben ferner verbotten, daſs kuenfftig in dergleichen Civil-Sachen keine Auctoritaet der Doctorum vveiter allegirt vverden, ſondern ein jeder ſeine Iura einzig und allein aus dieſem Landrecht defendiren ſolle. ————— Im uebrigen gehet Sr. Koenigl. Majeſtaet Intention durch Verfertigung dieſes Landrechts keinesvvegs dahin, daſs dadurch verbotten ſeyn ſollte, auf denen Vniverſitaeten ueber die Compendia Iuris Romani vveiter zu leſen: ſondern es muſs um ſo viel mehr nach vvie vor damit continuiret vverden, vveil einestheils Se. Koenigl. Majeſtaet vvegen ihrer mit denen benachbarten, und bey denen Reichsgerichten, habenden Angelegenheiten das Kayſerliche gemeine Recht agnoſciren, folglich deſſen Excolirung beybehalten mueſſen; anderntheils die Fremde, vvelche unſere Vniverſitaeten beſuchen, nothvvendig ueber die Syſtemata Iuris Romani Collegia haben mueſſen.* Altum itaque hic ſilentium de ſubſidio iuris Romani indefinito; immo prorſus illud ſublatum fuiſſe, luculentius adhuc apparet ex ipſo

 *iure*

*iure prouinciali*, ubi *part. I, tit.* 2, §. 5: *Es ſoll daher kuenfftig kein Ius Romanum, vielvveniger die Auctoritaet eines oder des andern Rechtsgelehrten, in denen Proceſſen von denen Advocaten vveiter angefuehrt, oder von denen Richtern in decidendo attendirt vverden: allermaſſen Wir alle andere Rechte, Conſtitutiones und Edicta, vvelche hierinnen nicht begriffen ſeyn, hiedurch caſſiren und aufheben.* Salutaris ſane et digna tanto rege ſanctio.

## IIII.

## *Num ſubſidium aliquod ex iure naturali in iure Romano expreſſo?*

Ius ciuile recentioribus quamplurimis eſt ius naturae ad ſtatum cuiusuis reipublicae adplicatum. Leges permultas mere naturales ac ſola ratione duce nobis innoteſcentes, in codicibus legum noſtrarum ciuilium repeti, ac iterata ſanctione nobis inculcari, nouimus. Quae uero quum ita ſint, nullum plane eſt dubium, quin et in corpore iuris Iuſtinianei ſat multae eiusmodi ſanctiones reperiantur, quae ratione magiſtra facile a quocumque ſunt cognoſcendae. Obmouetur igitur quaeſtio: num et ſubſidium aliquod ex iure iſto naturali in iure Romano expreſſo nobis petendum ſit? Anceps ſane et lubrica quaeſtio. Plerique negant (1). Abſonum nimirum putant, quod ratio ipſa dictitat, ex legibus peregrinis deducere. Omnibus iuribus humanis ſcriptis et non ſcriptis deficientibus, ultimum idque optimum refugium eſſe ius naturae, uno quaſi ore omnes clamitant. Extollunt praeſtantiam atque foecunditatem legis naturae, cuius oracula ſapientiſſima numquam nos deſerunt, numquam haeſitare nos ſinunt. Sed qui fit, ut lex iſta aeterna, tam firma, tam luculenta ſaepius in utramque partem diſputetur, ac diuerſa interpretatione collabefactetur? Nondum enim inter ſe conſentiunt iuris naturalis doctores; nondum principiis certis utuntur. Recentiores leges naturales a rationalibus diſcernunt (2). Illas inſtinctibus ſolis, has ratione ſuperſtructas perhibent.

Et hae quidem innumerae ſunt atque uariae pro ſtatus cuiusque reipublicae uarietate. Quodſi igitur in principiis ipſis nondum conueniunt, quid mirum, ſi toties hallucinentur, ac legem iſtam praeſtantiſſimam diuerſa explicandi ratione deforment? Optime igitur ſubditorum cohorti conſulere nobis uidentur legislatores ciuiles, qui legis huius uniuerſalis uberiorem, pro ciuitatum uaria conditione, explanationem ſibi ipſis uindicant, atque hac ratione uagas doctorum diſceptationes praeſcindunt. Vix itaque eſt, quod quaeſtionem ſupra adductam negare audeamus. Praeſtare enim nobis uidetur, iuris auxiliarii definitionem certam, eamque rationi ſanae accommodatam, incertis doctorum opinionibus praeferre.

1) Negauit etiam illuſtris HEVMANNVS, legis aeternae propria uirtute ſubſiſtentis laudator digniſſimus. *Omnes*, inquit, *animi noſtri receſſus perſonant uoce naturae; ſtupidus eſt, qui eamdem ſe percipere negat*; *inſulſus*, *qui legis nobis innatae ſtatuta*, *uel ruſticis cognita*, *ICtorum Italorum*, *Hiſpanorum etc. ſuffragiis roborare contendit.* Vid. *meditatio de iuris Germ. ſtudio utiliter perſequendo* §. 11, *in Excercitationum iuris uniuerſi uolumine I.* In eadem ſententia fuit iuris naturae doctor incomparabilis, celeberrimus GVNDLINGIVS, qui ita rationes ſubduxit: *in quibus ſcriptura ſacra atque lex ciuilis cum ratione conueniunt*, *in illis rationi primae deferendae ſunt partes. Quod illi ſine negotio intelligent*, *qui tenent*, *bis quatuor facere octo; ac proinde*, *ſi eadem enunciatio occurreret in ſcriptura*, *aut corpore iuris*, *abſonum foret certe*, *ſtatuere*, *hanc ueritatem non e rationis fonte*, *ſed ſcriptura ſacra*, *uel lege Romana*, *eſſe petendam. Id uerum*, *conſpiraturum hac parte uerbum diuinum et ius Quiritium cum diſciplina numerorum.* Vid. *eiusd. ius nat. ac gent. cap. I.* §. 5. Reſpondemus: ſi omnis mortalium turba Heumannorum Gundlingiorumque ingenium ac ſapientiam et mores referrent, ſi omnium animi naturae homine dignae uoce perſonarent, omnino in rectae rationis monitis ſolis acquieſcendum eſſet; immo iure ciuili ne opus quidem eſſe uideretur. Quum uero plurimorum hominum mentes ſint laeuae, ſatius eſt, legem iſtam rationis in iure ciuili plenius explicari.

2) Recte omnino diſcernunt, ad Vlpiani reliquorumque ueterum iuris-conſultorum, auctorum huius diſcriminis, doctrinam poſtliminio quaſi redeuntes. Inter recentiores hanc ſententiam priſtino honori ac luci reſtituit ingens gloria Pindi Lipſienſis, *Car. Ferd.* HOMMEL, qui iam anno 1747 libellum edidit ſub titulo: *propoſitum de nouo ſyſtemate iuris nat. et gent. ex ſententia ueterum ICtorum concinnando, ſ. de iure, quod natura omnia animalia docuit, commentatio.* Mentem ſuam breuiter declarat in *literatura iuris lib. I. cap.* 1 §. 12 *pag.* 40. *Statuebam*, ſunt uerba ipſius, *Deum illud omne, quod conſtantiſſime faciat, etiam uelle. Si enim fieri nollet, facturum non eſſe. Itaque prima naturalia atque inſtinctus arguebam uoluntatis diuinae certiſſima ſigna eſſe. Nam eos inſeuit hominibus ceteriſque animalibus, et in iis quotidie conſeruat. Nemo autem prudens facit aut conſeruat ea, quae deteſtatur et odit. Iam uoluntas Dei, non literis manifeſtata, ſed ſignis, in hoc uniuerſo expreſſis, Lex naturalis merito appellatur. Inſtinctus autem a me bifariam diuiſi, primo in Animales, qui hominibus et beſtiis communes ſunt, ut uindictae et uitae conſeruandae ſtudium, porro ut omne animalium genus gratas res appetat fugiatque contraria; deinde in Humanos, qualis eſt gloriae cupiditas, pudor et poenitentia, ſiue dolor ortus ex iniuria et laeſione alteri illata. Huic diſtinctioni innititur notiſſima Vlpiani in Ius Naturae et Gentium partitio. Nam ius naturae in ſenſu anguſtiori ex inſtinctibus animalibus; ius gentium autem, utpote quod ex Vlpiani definitione ſolis hominibus proprium eſt, ex inſtinctibus humanis oritur. ——— Verbo ut dicam, ueterum ICtorum ſententiam, Ius Naturae exiſtimantium illud eſſe, quod natura omnia animalia docuit, omnino defendimus. ——— Vtrorumque autem, tam animalium, quam humanorum inſtinctuum prudens commixtio, et cum ratione ſuſcepta temperatio, ipſa mihi dicitur iuſtitia.* Add. *eiusdem* ſummi uiri diſſ. cui titulus: *ius mundi uniuerſale ex ſententia ueterum ICtorum, Lipſ.* 1763. Eadem plane principia ſecutus clariſſimus SCHMAVSSIVS, ſex annis poſt, ſcil. anno 1754, emiſit: *Neues Syſtema des Rechts der Natur*, aedificium fundamento *Hommeliano* ita ſuperſtructum, ut (teſte ipſo HOMMELIO *l. c. pag.* 39) plerisque in locis nihil aliud, quam huius latina uerba in germanica transtuliſſe uideatur. SCHMAVSSIVS uero, uel quia incautius locutus erat, uel alias forte ob

cauſſas,

cauſſas, quas attingere nec lubet, nec licet, multorum odium incurrit, uarios nactus aduerſarios, quorum quidam mentem ipſius ne perſpexerunt quidem, multo minus digne refutarunt. Optime, ac ea, qua par erat, modeſtia illi contradixit *anonymus* quidam *in der Vnpartheyiſchen Pruefung des von Herrn Ioh. Iac. Schmauſs bekannt gemachten Neuen Syſtematis des Rechts der Natur, Frft. und Lpzg.* 1755, 8. Ceterum hodie ſyſtema iſthoc iuris naturalis a iure rationali diuerſi pluribus probatur. Conf. politicorum Roſcii, illuſtris *a* IVSTI *Natur und Weſen der Staaten, VIII Hauptſtuck* § 184 *und* 185, *it.* §. 201. *ſeqq.*

## V.

### *An lex iuris ſubſidiarii poſterior deroget priori?*

Omne ius Romano-Iuſtinianeum in ſubſidium legum domeſticarum receperunt Germani, integrum, inquam, illius uolumen. At codicem iſthunc pluribus libris conſtare, uariisque collectionibus, diuerſa ratione conflatis, ac ex diuerſis fontibus hauſtis, nemo eſt, qui neſciat. Ecquis neſcit monſtroſam illam ſententiarum ac reſponſorum ueterum iurisconſultorum multitudinem, ſub nomine digeſtorum ordine, neſcio, an ſatis concinno, compilatam? Quis codicem legum imperatoriarum, quem dicunt repetitae praelectionis; quis epitomen ex locupletioribus hisce theſauris depromtam, ac inſtitutionum nomine celebrem; quis denique appendicem iſtam recentiorum conſtitutionum, quae nouellae appellari conſueuerunt, ignorat? Ecquis igitur non intelligit, diuerſae plane indolis, diuerſae admodum aetatis leges in hoc ſyſtemate exhiberi? Sed mirum uideri non debet, tot leges diuerſi genii haud raro ſibi inuicem repugnare. Quaeritur itaque: quaenam lex in eiusmodi conflictu alteri ſit praeferenda? num recentiori ſanctioni in codice uel in nouellis obuiae numquam non primae partes ſint deferendae? Affirmant fere unanimiter. Communis enim et ſatis trita doctorum regula: legem po-

 ſterio-

ſteriorem ſemper derogare priori. Nos Romanorum ſcitis, non tamquam legibus propriis atque domeſticis, ſed auxiliaribus tantummodo utimur. Num igitur et nobis ſubſidium exinde quaerentibus aetatis ratio ſemper habenda ſit in eiusmodi legibus diſſentientibus, num iuris Romani antiquioris deciſio iuri nouiori codicis ac nouellarum ſine omni diſtinctione poſtponenda ſit, alia plane eſt quaeſtio, quam negare non dubitamus. Leges Romano-Iuſtinianeae nobis quidem haeſitantibus auxilium praeſtare debent; ſed auxilio eſſe non poſſunt, niſi quatenus iuribus noſtris natiuis et ſingulari rerumpublicarum noſtrarum conformationi ſunt accommodatae. Quamobrem, ſi leges illae peregrinae non inter ſe concordant, non tam tempus atque origo eiusmodi ſanctionum, quam potius conuenientia earumdem cum moribus noſtris patriis, reſpicienda nobis eſſe uidetur.

## VI.

### *Hiſtoria controuerſiae.*

Verum enim uero quorſum omnis haec uaga diſputatio de ſtatutorum interpretatione generatim? Praeſtat, argumentum digniſſimum exemplo aeque digno eoque notiſſimo paullo uberius dilucidare, et ipſis ſtatutis quibusdam rite inter ſe collatis copioſius illuſtrare. Fratribus atque ſororibus ſecundum iura Romana neque legitimam deberi, neque adeo querelam inofficioſi teſtamenti competere, ſed eos potius, ſaluis teſtamentorum tabulis, exheredari poſſe atque praeteriri, inter omnes conſtat. Attamen in fratribus ſaltem germanis et conſanguineis hoc temperamentum ſeruari iubent leges Romanae, ne turpis aliqua perſona illis in teſtamento praeferatur: quod quidem ſi factum fuerit, tunc omnino quaeſtionem inofficioſi mouere ipſis liceat per legem 27 Cod. de inoff. teſtam. Num eadem omnia in Germania quoque obtinent? Plurimi quidem iuris Germanici doctores ſanctionem iſthanc Romanam ad nos quoque pertinere, indiſtincte

cte tradunt. Sed legum domeſticarum codices ipſos inſpicere fas eſt. Nam

tutius ex ipſo fonte bibuntur aquae.

Et nobis quidem de legis huiusce peregrinae in patria noſtra uſu atque uigore ſollicitis, eumque in finem legum particularium uolumina quamplurima euoluentibus, in tres potiſſimum claſſes abire uiſa ſunt ſtatuta Germanica. Primum genus eſt eorum, quae de collateralium legitima atque exheredatione nihil plane diſponunt, ſed omne hoc argumentum ſilentio praetereunt. Ratione igitur iſtiusmodi ſtatutorum, quorum ſat magna exſtat copia, res expedita nonnullis uidetur. Nulli enim dubitamus, quin in eo caſu ſubſidium iuris communis indefinitum locum inueniat, dummodo nec mores prouinciae, nec ſtatus et conformatio rei publicae, aliud ſuadeant. Ad alteram uero claſſem referimus ea ſtatuta, quae rem clare et expreſſe ex iure communi definiunt ac integram ſanctionem, uel cum exceptione in iure Romano adiecta, pleniſſime repetunt. Atque haec etiam duplicis iterum ſunt generis. Quaedam nonniſi mentem legis iſtius breuiſſime exprimunt. Alia uero, praeter iuris communis diſpoſitionem, adhuc limitationes quasdam, immo accuratiorem turpis perſonae deſcriptionem, ſuperaddunt. Inſtar omnium hic excitabimus ſupra laudatum *Ius Prouinciale Boruſſicum*, in cuius *parte II lib. 7 tit. 6 § 6.* ita cautum: *Was die Brueder betrifft, ſo koennen dieſelben von dem Teſtatore praeteriret, folglich auch ohne Anfuehrung einiger Urſache enterbet werden. Daher hat bey denſelben in dieſen Faellen keine querela inofficioſi teſtamenti etc. ſtatt. N. 1. wann aber eine beruechtigte Perſon von dem Teſtatore inſtituiret worden, ſo koennen auch die praeterirten oder enterbten Brueder ſothane Querelam anſtellen, und das Teſtament reſcindiren. N. 2. Welche Perſonen aber fuer beruechtiget (pro turpibus) gehalten werden, ſolches ſoll im dritten Theil unſers Land-Rechts angewieſen werden.* (Vehementer optamus, ut haec tertia pars operis praeſtantiſſimi quam primum lucem adſpiciat.) *N. 3. Es leidet aber auch dieſe Regel einen*

*Abfall,*

*Abfall*, 1) *wann die praeterirten Brueder ſelber beruechtigte Perſonen ſind, oder* 2) *ſich gegen den Teſtatorem undankbar aufgefuehret, oder mit demſelben durch ihre Schuld in Feindſchafft gelebt haben: weil die Undankbarkeit gleichfalls eine ſpeciem turpitudinis mit ſich fuehret. N.* 4. *Im uebrigen wird erfordert, daſs die Turpitudo des Erben vor der Praeterition oder Enterbung exiſtiret habe: dann wann der Inſtitutus nachhero eine Turpitudinem contrahiret, hat die Querela nicht ſtatt. N.* 5. *Die praeterirten oder enterbten Brueder, welche turpitudinem des inſtituirten Erben vorgeben, mueſſen ſolche erweiſen. N.* 6. *Wann nebſt der beruechtigten Perſon noch eine honette Perſon inſtituiret worden, kan das Teſtament nur pro parte reſcindiret werden. N.* 7. *Die praeterirten oder enterbten Brueder, wann ſie vor dem Teſtatore ſterben, transmittiren dieſe querelam nicht auf ihre Kinder.* En ſanctionem adeo caute atque diſtincte determinatam, ut uix dubii quidquam circa illam amplius ſupereſſe poſſe uideatur. Eodem fere modo rem expediunt iura Bauarica, niſi quod omnem plane perſonae turpis inſtitutionem, fratribus licet ſororibusque non prorſus excluſis uel exheredatis, nihilominus nullam eſſe uolunt irritamque. *Ius prouinciale Bauaricum de a.* 1616, *tit. XXXVI art.* 7. ſanxit: *Ein Schweſter oder Brueder iſt nicht ſchuldig, ſeine Brueder und Schweſtern, vilweniger derſelben Kinder, weder in der Legitima, noch ſonſten zu Erben einzuſezen, oder ihnen etwas zu verſchaffen. Doch woferr ſie ein ſchaendliche, leichtfertige und ſolche Perſon, die nit allerdings erbar, ſonder einen Mackel und boeſen Rueff haette, zu einem Erben haette eingeſezt, oder derſelben ſonſt etwas nambaffts vermacht, ſo iſt ſolche Erbſatzung oder Geſchaefft gegen des Teſtirers Geſchwiſtergiten, ganz und gar ungueltig, obgleich die Geſchwiſtergit in ſolchem Teſtament zu Erben eingeſetzt, oder ſonſten waeren bedacht worden; dann alles, was ſolchen leichtfertigen Leuthen verordnet wuerdet, ſoll den Geſchwiſtergiten folgen. Art.* 8: *Nit allein diejenigen, welche vermoeg der Rechten, Ehrloſe und untuechtige Perſonen, ſonder auch die, welche ſonſten ein Mackel,*

*ckel, oder boeſen Rueff haben, moegen im Fall, wann der Teſtirer Geſchwiſtergit hat, zu Erben nit eingeſezt, noch ſonſten mit andern Geſchaefften begabt werden; dahero under dieſelbige nit allein die, welche ſonſten in keinem Teſtament Erben ſeyn kuenden, ſonder auch andere leichtfertige Perſonen, als Schalcksnarren, Gauckler, Lotters-Bueben, uneheliche Kinder, Item die in offner Vnzucht und Concubinat leben, und dergleichen liederliche Leuth ſeyn, welche insgemein ein boeſen Nahmen Leumuth und Berueff haben, ſollen gezehlt werden.* Multo breuius rem exprimit, ſed tacite omnem hanc diſpoſitionem adprobat *Codex Maximilianeus Bauaricus Ciuilis*, ubi *part.* III. *cap.* 3 § 14: *Collateral-Befreundte ſeynd niemal Noth-Erben, ausgenommen Brueder und Schweſter auf dem Fall, wenn eine ehrlos- oder bemackelte Perſon inſtituiret iſt, und ſie nicht ſelbſt von dergleichen Gattung ſeynd.* Plura adhuc, ſi uiſum fuiſſet, in medium proferre potuiſſemus eiusdem generis ſtatuta, iuri, quod dicunt, communi perfecte conſentanea. Sic u. c. ius Auſtriae conſuetudinarium, *der Oeſterreichiſche Lands-Brauch, cap.* 13; *Ordo iudicii prouincialis ducatus Franconici, tit. LII*, § 1 *ſeqq.*; *Ius prouinciale Hohenloicum, tit. VI* § 4; *Statuta Sueuofurtana, tit. XXX* § 1 *ſeqq.*; *Hamburgenſia, part. III tit.* 1 *art.* 34, omnia in eo conueniunt, quod regulam illam iuris Romani, fratres atque ſorores querela inofficioſi teſtamenti interdicentem, una cum exceptione: niſi turpis perſona inſtituta fuerit, expreſſis uerbis repetierunt. Num huius indolis definitio moribus Germanicis exactiſſime reſpondeat, iam non diſquiritur. Certum eſt atque indubitatum, hocce ſtatutorum genus minus largam diſputandi occaſionem offerre legum interpretibus. Sed alia adhuc et tertia ſe nobis offert legum domeſticarum claſſis, quae plus negotii faceſſere ſolet doctoribus de illarum explicatione ſollicitis. Sunt nimirum ſtatuta, quae in definienda collateralium ſucceſſione teſtamentaria regulam quidem illam Romanam diſertis uerbis inculcant, appendicem uero exceptionis loco additam, utpote inſtitutis noſtris patriis forte minus

accommodatam, reſpuunt et conſulto praetermittunt. In hunc cenſum ueniunt iura ſtatutaria *Norica*, quae *tit.* XXIX *leg.* 8: *Das niemand verpunden, die ſeyten Erben einzuſetzen, oder jnen etwas zuſchaffen*, ita cauent: *So ainer freund hat, als Brueder, Schweſter, Vettern oder dergleichen, jme auf die ſeiten verwandt, dieſelben iſt Er wider ſeinen guten willen, zu Erben einzuſetzen, oder jnen vil oder wenig zuſchicken, nit verpunden, Er hab gleich in auf oder abſteigender Linien, Erben oder nit. Es iſt auch von unnoethen, ſie zu enterben oder auſszuſchlieſſen, dann es ſtehet in ains yeden Teſtirers freyem willen, ſolchen ſeiten verwandten freunden etwas, oder nichts zuverordnen.* Cum hac ſanctione ex omni parte congruunt uerba *Reformationis Francofurtanae*, *part.* IIII *tit.* 3 § 10: *So viel belangt die Erben, in der ſeyten Linien, als Bruedere, Schweſtere, Vettern, Baaſen, vnd andere, da moegen dieſelben wohl praeterirt, und im Teſtament vberſchritten vnd ausgelaſſen werden, dann der Teſtator dieſelben in ſeinem Teſtament zu Erben einzuſetzen, oder auch ſonſt viel oder wenig jnen zu vermachen, wider ſeinen guten willen nicht verpunden iſt, ob er gleich in ab oder aufſteigender Linien keine Erben hat.* Nihil hic de turpi perſona; nihil de caſu quodam excepto, in quo neceſſe ſit, fratres inſtituere, in quo hisce praeteritis uel exheredatis de inofficioſo teſtamento agere fas ſit. Quaeritur itaque: num in interpretandis iſtis ſtatutis appendix illa ex iure communi ſupplenda ſit? En quaeſtionem, in qua lis noſtra uerſatur! Examinabimus diuerſas doctorum circa hoc argumentum ſententias.

## VII.

### *Argumenta aientium.*

Equidem ſatis numeroſa eſt illorum iuris peritorum caterua, qui quaeſtionem iſthanc affirmandam eſſe perhibent, ita quidem, ut ea, quae ſtatutorum conditores conſulto omiſerunt, atque adeo, ex noſtra quidem ſententia, reieciſſe putandi ſunt, nihilominus ſubintelligenda,

ligenda, ac, ut ita loquar, pro adiectis ſint habenda. Sed ſunt etiam totidem uiri ſummi nominis, qui ſat firmis nixi rationibus, quaeſtionem illam negant atque pernegant. Quamquam nos negantibus adſtipulari non dubitamus; temeritatis tamen notam uix effugere poſſe ſperamus, niſi et diſſentientium iurisconſultorum meritis et gloria inſignium oracula conſuluerimus, eorumque ſententias probe excuſſerimus, antequam noſtrum qualecumque hac de re iudicium exhibere audeamus. Equidem omnium, qui argumentum hoc pertractarunt, opiniones late recenſere atque refellere, noſtrum non eſſe uidetur. Sufficiet hic, prouocaſſe ad reipublicae noſtrae patriae praeclarum ornamentum, conſultiſſimum LOCHNERVM,[a]) qui in eadem cauſſa de iure reſponſurus, omnia aientium argumenta ſollicite coaceruauit, eorumque ſententiam more ſuo, hoc eſt, ſatis ſpecioſe ac eleganter defendit. Quum enim ex eo quaerebatur: num frater praeteritus contra perſonam ſtupratam in ſororis teſtamento inſtitutam, ſecundum iura Norica inofficioſi querelam mouere poſſit? mentem ſuam hunc in modum declarauit, ac legis ſtatutariae Noricae uerba admodum clara, quae ſupra in medium protulimus, extenſiue ita eſt interpretatus: *Wann der Text der Reformation Tit. 29 Geſ. 8. ſo wie er vor Augen lieget, zu verſtehen waere, ſo fiele alle Ausnahm von einer ſchaendlichen Perſon, mithin die darauf eingeſchraenkte Querel weg. Meines wenigen Orts ſehe ich dieſen Text vor* keine Aenderung *an, und getraue mir alſo nicht, die aus dem gemeinen Huelfs-Recht* wiederhohlte *Verordnung eigenmaechtig einzuſchraenken, da die hohe Geſezgebere wohl mit deutlichern Worten wuerden das Civil-Recht geaendert haben, wann ſie dergleichen Sinn gehabt haetten. Ich bleibe demnach auch bey der Regel: daſs die Materien derer Statuten nach demjenigen Recht zu ermaeſſen ſeyn, aus welchem ſie hergefloſſen, zumahl wenn nur eine bloſſe Wiederhohlung, und nicht eine Abaenderung erhellet; und daſs die willkuehrliche obrigkeitliche Ordnungen theils nach der beſondern Veranlaſſung, theils nach denen ordentlichen Auslegungs-Regeln erklaeret, oder, wann ſie*

*gänz dunckel, durch den Geſetzgeber beſtimmet werden mueſſen. — — — — — — Die Aeuſſerung, die der um das teutſche Recht und die Rechtsgelahrheit ueberhaupts ſo hochverdiente Herr Verfaſſer des rechtlichen Catechismus in der Vorrede eroefnet, drucket alles kurz und deutlich aus: Man nimmt die Rechte an, wie man ſie findet, indeme, wann ſie oeffentlich gebilliget, und gar den Statuten-Buechern einverleibet werden, in Anſehung der Verbindlichkeit kein Vnterſcheid, ob ſie urſpruenglich fremd oder einheimiſch. Bey der Erklaerung aber iſt die Ruckſicht auf den Vrſprung nicht unnuezlich.* Pergit deinde: *Der Einwurf, daſs es ohne die ſtatutariſche Wiederhohlung ſo ſchon Rechtens geweſen waere, ſcheinet mir deswegen allein nicht erheblich, weil die meiſten Titel blos das gemeine Recht kurz wiederhohlen, und dadurch nicht die weitere Erklaerung daraus verbiethen. — — — Wann man den ſtatutariſchen Text genau betrachtet, ſo iſt, da in vorhergehenden Titeln von denen Noth-Erben geredet worden, die angezogene Verordnung dahin nur zu deuten, daſs Geſchwiſtrigte, Vettern, vor dergleichen nicht zu achten; im uebrigen aber kan die nicht abgeaenderte Ausnahm von dem mit einer gewiſſen Bedingung in denen gemeinen Rechten feſt geſezten bruederlichen oder ſchweſterlichen Pflichttheil, und der Geſchwiſtrigte Vorzug vor ſchaendlichen Perſonen dennoch feſt bleiben, weil eigentlich nicht von dem Vnterſcheid derer zu Erben einzuſezenden Perſonen hier die Rede geweſen.* [2]). Multum tribuit celeberrimus LOCHNERVS teſtimonio doctiſſimi STRVBENII [3]) de rebus Germanicis inſigniter meriti, quod ideo ipſis auctoris uerbis hic recitare uiſum fuit: *Iſt demnach ein Stuck des Landes- oder Stadt-Rechts aus dem Roemiſchen genommen, ſo muſs es auch aus demſelbigen erklaeret werden, und man vermuthet, daſs die in dieſem befindliche Limitationes und Ampliationes mit angenommen ſind. Zwar wendet Freisleben in diſſ. de interpret. ſtatut. ex iur. comm. § 8. darwider ein, daſs das Geſez ueberflueſſig geweſen waere, wenn man es bey dem Roemiſchen Recht laſſen wolle. Dafern alſo z. E. ein Statutum denen Vnterthanen erlaubet, ihre Brueder zu Erben einzuſetzen, ſo koennten ſie ihnen eine Perſonam turpem vorziehen, obwohl*

ſolches dem Roemiſchen Recht zuwider laufet. Allein die Abſicht des Geſetzgebers iſt vielfaeltig geweſen, vielmehr dieſes einzufuehren, als zu aendern. Deſſen ganzen Inhalt dem Statuto einzuverleiben, fiele zu beſchwehrlich. Man lieſe es alſo bey Anfuehrung der Haupt-Regeln bewenden, und unterſagt dadurch dem Richter keineswegs, ſich des iuris ſubſidiarii in den nicht beruehrten Faellen zu bedienen.

1) Vid. *Io. Mich. Frid* LOCHNERS, *Hochloebl. Republ. Nuernberg Conſiliarii, Selecta Iuris Vniuerſi, oder: Sammlung verſchiedener in die Rechts-Gelehrſamkeit gehoeriger Materien und Faelle. II Stuck n. 1 pag. 146 ſeqq.*

2) Sententiae huic *Lochnerianae* haud parum roboris accedere quoque uidetur grauiſſimo ſuffragio uiri inexhauſtae eruditionis, praeſtantiſſimi iurium noſtrorum patriorum interpretis, VVOELCKERI, qui legem iſthanc eriſticam eadem plane ratione explicandam, atque, ut ita dicam, amplificandam eſſe ſtatuit, uerbis: *moegte man zvvar ſchlieſſen, als ob dieſe* (querela inofficioſi fratrum) *hierdurch gar aufgehebet ſeye. Alleine, da ſolches nicht ausdruecklich hier angezeiget iſt; alſo iſt auch billig desvvegen keine Contrarietas oder Differentia und Derogatio Iurium zu ſtatuiren; zumaln da unſer Geſez ſovvohl in Rubro als Nigro nicht von den Geſchvviſtrigten alleine, ſondern von allen Seiten-Freunden, als von Vettern und dergleichen, ganz generaliter meldet; hingegen aber Fratres uterini nicht einmal die Querelam inofficioſi haben, ſondern nur fratres germani et conſanguinei, mithin die nechſte Collaterales hier deshalben erfordert vverden.* Vid. *commentatio ſuccincta in Reformationem Noricam, Tit. XXVIIII, leg. 8.* Add. *I. C. Donaueri* diſſ. *de prudentia interpretandi ſtatuta, § 24 circa finem.*

3) *in Neben-Stunden, V Theil, 32 Abhandl. §. 12.*

## VIII.

## *Argumenta negantium.*

Aientium rationibus, ſatis quidem ſpecioſis, ample hactenus expoſitis, iam audiamus quoque negantium argumenta, certe non leuioris momenti. Et haec quidem, praeter ceteros, ſtudioſe ad-

modum collegit, ac egregie prorſus expoſuit clariſſimus RICCIVS[d]), uir in ſtatutorum interpretandorum ſcientia uerſatiſſimus. En ſummam illius ratiociniorum: *Wenn der dunckle oder zweiffelhafftige Saz in Statuto ebenfalls, im Iure Communi ſeu Romano aber weit deutlicher befindlich, ſo muſs man ſehen, ob die deciſio eben auf die Art in Statuto geſchehe, wie im Iure Romano, in welchem Fall das Ius Romanum per Statutum nur beſtaettiget wird. Bey dieſem Vmſtand laſſen ſich die aus dem Roemiſchen Rechte in die Statuta der Staedte nur ueberſezte Leges, gar fueglich aus den Roemiſchen Geſezen auch expliciren, in ſo weit nemlich das Statutum und lex Romana einſtimmig. Z. E. es findet ſich ein Statutum, worinnen dieſe Verordnung: Daſs Bruedern und Schweſtern frey ſtehen ſoll, ob ſie ihren Geſchwiſtern etwas verlaſſen wollen, und ſolten ſie nicht gehalten ſeyn, ſolche deſshalb nominatim zu enterben. Dieſer Saz iſt bekannter maſſen dem Iuri Romano beyſtimmig, und das ſtatutum alſo ſecundum ius commune errichtet. Aber es fragt ſich doch dabey: Ob das ſtatutum nicht ex iure communi ſo zu reſtringiren ſey: niſi turpis fuerit inſtituta perſona? Wir halten dafuer, die Einſchraenckung falle per ſtatutum weg. Denn ſollte man dieſes mit dieſer Einſchraenckung verſtehen, ſo waere die ſtatutariſche Diſpoſition vergeblich gemacht, indem das Statutum nichts anders in ſich begriefe, als was durchs Ius Ciuile ſchon verordnet, mithin wuerde auch das in der Stadt Iuris ſeyn, wenn auch das Statutum gar nicht exiſtirte. Damit aber das Statutum doch einen Effect habe, ſo iſt es noethig, daſs es ohne die aus dem Iure Communi geborgte reſtriction, und alſo ſimpliciter gueltig ſey. Conf. Herrn Freieslebens diſp. cit. § 8. Statuta enim de eodem diſponentia, de quo alias extat iuris communis ſanctio, ita ſunt interpretanda, ut aliquid ultra ius commune operentur. Iaſon in L. properandum 13 n. 8 C. de Iudic. Iacob. Schultes ad Modeſt. Piſtor. P. I qu. 48 n. 15. Hieraus erhellet, daſs die Regul: Statutum de materia iuris communis cauens,*

*nens, recipit omnes ampliationes et reſtrictiones a iure communi, eben nicht univerſell ſey. Daferne aber das Statutum nur wegen eines gewiſſen Puncts Verordnung thut, die andern aber gar unberuehret laeſſet; ſo bleiben die uebrigen auch ſub diſpoſitione iuris communis, v. g. Das Stadt-Geſeze ordnet nur, was bey Verkauffung der Pfaender beobachtet werden ſoll, ſchweiget aber e. g. de pignoris conſtitutione, uſu, effectu etc. ganz ſtille; ſo lebet man dieſer unberuehrt gelaſſenen Puncte wegen nach dem iure communi. Aber da muſs man ſich den Wahn nicht laſſen zu Sinne ſteigen, als wann in dieſem Fall das Statutum ex iure Rom. ſeine Auslegung bekaeme; ſondern dieſes gilt nur in ſubſidium bey ſolchen quaeſtionibus, die in Statuto ganz uebergangen worden, und iſt alſo keine Auslegung ſolchen Falls vorhanden.*

## VIIII.

## *Examen argumentorum.*

Quamuis non noſtrum uideatur, tantas componere lites, inſtituti tamen noſtri ratio omnino poſtulat, ut, quae nosmet ipſi circa hanc diſputationem monenda adhuc arbitremur, pauciſſimis uerbis enunciemus. Ignoſcite igitur, ſanctiſſimi iuſtitiae ſacerdotes, ignoſce, quaeſo, plurimum uenerande LOCHNERE, ſi pro ea, quam muſae liberales propitio iure ſibi uindicant, et cuius ipſa ſcripta Tua, ſumma eruditione referta, praeſtantiſſima documenta ſunt, ſentiendi ſcribendique libertate, ingenue fatemur, nos in hoc argumento a Vobis diſſentientes, *Freieslebenianam*, *Riccianam*que ſententiam Veſtrae praeferendam exiſtimare. Lis omnis l) redire uidetur ad quaeſtionem illam uexatiſſimam: num ſtatuta quaeuis ex iure communi ſint interpretanda? Non ignoramus canones illos ueterum iurisconſultorum, iam lippis et tonſoribus notos, quos omnes urgent ii, qui opinionem noſtrae contrariam amplectuntur. Iam uero regulas iſtas infauſto ſidere natas tam ſolide, tam fortiter impugnarunt uiri perſpicaciſſimi ingenii [1]), ut quid eorum monitis adiiciendum ſit,

plane

plane neſciamus. Nos igitur potius, ſuffragante ſat magna uirorum iuris peritiſſimorum copia, ſtatuta non ex iure communi, ſed ſicut ius commune, id eſt, ſecundum regulas hermeneuticas, explicandas eſſe contendimus. Hiſce principiis inhaerentes, II) ſane non uidemus, quamobrem aliter accipienda ſit lex Norica, adeo clara atque perſpicua, ut ulteriorem declarationem ne admittere quidem uideatur. Eccur enim, uerbis legis inuitis, aliam exinde mentem eliciamus, uel potius uiolenter extorqueamus? Fac etiam, ſolummodo fratrum atque ſororum fieri mentionem: uerba tamen illic obuia: *viel oder wenig zu ſchicken nit verbunden*, etc. *freyen willen*, etc. *etwas oder nichts zu verordnen*, omnem omnino limitationem atque reſtrictionem reſpuunt. Quum uero III) ſanctio Norica non de fratribus tantum atque ſororibus, uti quidem lex Romana, ſed de omnibus cuiusuis ordinis collateralibus generatim et indiſtincte caueat, adeoque multo latioris ſit ambitus; neſcimus ſane, quo iure affirmari poſſit, diſpoſitionem illam ſtatuti noſtri patrii nonniſi meram repetitionem eſſe regulae iſtius iuris Romani, in lege 27 Cod. de inoff. teſt. occurrentis. Nos ſublatam potius, atque abrogatam, (intuitu ſcilicet exceptionis de turpi perſona) quam repetitam, putamus legem hanc peregrinam. Non enim IIII) opus fuit, ut ſtatuti compilatores diſtinctius adhuc et diſertioribus uerbis declararent, ſe iuri communi hic derogare uoluiſſe. Sufficit, eos reſtrictionis in iure communi additae nullam prorſus feciſſe mentionem; quam uero, ſi animus ipſis fuerit, eam approbandi, nonniſi pauciſſimis uerbis, ac ſine ullo negotio inſerere potuiſſent. Ceterum V) argumentum iſtud, quod conſultiſſimus LOCHNERVS a ſerie titulorum repetiit, tantum abeſt, ut nobis obſtet, ut potius ſententiam noſtram inſigniter adiuuet. Leges antecedentes de heredibus ſuis atque neceſſariis, cum deſcendentibus, tam aſcendentibus ſatis ample diſponunt, nec ſolum legitimam in utroque caſu neceſſario relinquendam accurate determinant, ſed et cauſſas exheredationis late atque

ſollicite recenſent. Haec uero lex noſtra de omnibus hiſce nihil plane cauet, ſed illud tantummodo innuit: ne quis inuitus teneatur, collaterales ſuos uel heredes inſtituere, uel etiam minimam facultatum ſuarum partem illis relinquere. Nihil hic de legitima, nihil de cauſſa exheredandi. Nonne hoc conſulto factum fuiſſe, exiſtimabimus? Nonne heic loci aeque diſerti fuiſſent ſtatutorum conditores, ſi iuris Romani normam ſequi uoluiſſent? Quae uero quum ita ſint, quum lex patria neque obſcura ſit, neque uitioſa, multo minus corrupta, ſed aperte atque diſtincte loquatur: VI) iudici ſane liberum eſſe non poteſt, uim illius reſtrictiua eiusmodi interpretatione infringere. Non enim iudicibus ſolis, ſed uniuerſo ciuium coetui, leges ſcribuntur. Fac autem, (quod numquam largiemur) legislatorem uoluiſſe, ut iudices in legibus ſat claris explicandis ea adiicerent, quae ipſe data opera reticuit, quae ideo nemini innoteſcere poſſunt: nonne miſeram ſubditorum turbam ludibrio habuiſſe putandus eſſet? [2]) Itaque et reuerentia, quae principibus ac legum auctoribus merito debetur, expoſcere uidetur, ut iuſſus eorum cautius ac rerum naturae conuenientius interpretemur. Quod ſi uero VII) uerba ſtatuti ab ipſis legislatoribus authentica quadam interpretatione ita explicarentur, ut nihilominus exceptioni Romanae locus ſit; tunc noua plane lex oriretur.

1) *Sim. Pet.* GASSERI diſſ. *de brocardico uulgari, ſtatuta ex iure communi eſſe interpretanda.* Add. celeberrimus ECKHARD. in *hermeneutica iuris, lib. II. cap.* 1 § 19, ubi in nota grauiter inuehitur in auctores ac defenſores harum regularum, his quidem uerbis: *Nulla regula tam inuita Themide excogitata et in iurisconſultorum ſcholas intruſa eſt, quam haec ipſa, quae contortas Statutorum interpretationes peperit, et ius uniuerſum miſere peruertit. Nimis profecto argutae ſunt rationes, quibus regulam hanc uel commendant, uel probant doctores, Statuta nimirum ſterilia eſſe inſtar mularum, quae non pariunt, ideoque ſtricte interpretanda; eſſe inſtar edictorum praetoriorum et decurionum in municipiis decretorum; ſtatuta eſſe ſpecialia*

***et correctoria iuris communis; ſpecialia autem non eſſe multiplicanda, et correctoria eſſe odioſa, adeoque reſtringenda etc.*** — — *Sed quam uera fuerit illa regula in ſtatutis municipiorum, quae poſt conſtitutionem Antonini Caracallae, amiſſa ſenſim* αὐτονομία, *legibus Romanorum communibus ſubiecta erant; tam peruerſe ad ſtatuta ciuitatum Germanicarum, ex diuerſis principiis ducta, adplicatur. Quod quum ipſa recta ratio inculcat, mirandum ſane eſt, tot perſpicaciſſimi ingenii uiros falſitatem regulae iſtius non perſpexiſſe. Sed nimia Romani iuris ueneratio iis omnem intelligentiae aciem praeſtrinxerat. Hanc non immerito ſuperſtitionem politicam appellat uir illuſtris, Auguſtin. a Leyſer. in diſſ. de ſuperſtitione iuridica cap. II § 24 et cap. III § 6 ſq. qua plures hodie capti ſunt, quam quidem quis exiſtimet.* Conſentit *codex Maximilianeus* P. I *cap.* 2 § 13 *n.* 6, ubi cautum: *vvird mit Auslegung zvveifelhaftiger Statuten eben ſo, vvie bey andern Geſezen, ohne Vnterſchied verfahren* etc. ibique Perilluſtris Commentator, *lib. Baro a* KREITTMAYER P. I pag. 44. Add. SCHILTERI *exercitat. II* § 12 *et* 13, it. *exerc. XIV* § 36. BEVERI *del. iur. ciu. poſit.* 382 *not. d.* THOMASII diſſ. *de ſtat. imp. poteſt. legislat. contra ius comm.* § 77. *Eiusd. Vernunft-Lehre pag.* 213. Conf. etiam HEVMANNI *meditatio de iur. Germ. ſtudio* etc. § 10, ubi *caue*, inquit, *putes, leuibus quibusdam iuris Romani ueſtigiis deprehenſis, totum caput iſtud Romano more explicandum eſſe. Caue, legis explanationem, inuita Themide natalis ſoii, ab idolis peregrinis repetas.* Verba igitur, ad quae celeberrimus LOCHNERVS prouocat, in *praefatione* ad *catechiſmum iuridicum* obuia, uix ac ne uix quidem huc referenda ſunt. Facile enim eſt perſpectu, uocem illic obuenientem: *Erklaerung*, non de interpretatione forenſi, et practica, ſed de illuſtratione legum ex hiſtoria et antiquitatibus, quae in ſcholis tantum fieri ſolet, intelligendam eſſe. Ceterum ſilentio hic praeterire non poſſnmus, illuſtrem VVOELCKERVM ipſum omnino nobiscum conſentire, uerbis: *Als haben vvir dahero allerdings Vrſach, uns nicht an die hier und dar vornehmlich urgirende alte Principia, daſs nehmlich die Statuta nur aus dem Iure Romano zu erklaeren, etc. zu binden.* Vid. *Comment. in Reformat. Nor. Part. I in den Anmerkungen ueber die Vorrede- ſect. VII* § 3. In illuſtranda tamen lege 8 tituli XXVIIII, immemor forſitan horum uerborum, principiis ſuis non amplius conſtitit.

a) Idem plane tulit iudicium Vir iurium conſultiſſimus, *Io. Bernh.* HOFFERVS, fautor atque praeceptor noſter ad cineres uſque pie colen-

coſendus, cuius quidem in nos noſtraque ſtudia plura ſunt merita atque maiora, quam quae ſat dignis laudibus extollere ualeamus. Vid. *eius Beytraege zum Policeyrecht der Teutſchen* (*Frft. und Lpzg*, 1764 *gr*. 8) *N. V. pag.* 142.

## X.

## *Diſquiſitio politica.*

Quousque tandem, dicitis, candidi lectores, abuteris patientia noſtra? Nondum ſatis nugarum? Nolite, quaeſo, iraſci. Iam propero ad finem, nec amplius uos morabor. Sed unica adhuc me circumſtat difficultas, mox tamen remouenda. Memini enim, ſupra eorum ſtatutorum, quae de collateralium ex teſtamento ſucceſſione nihil plane cauent, mentionem me inieciſſe, addens inſuper, nullum eſſe dubium, quin iuris ſubſidiarii Romani deciſio, una cum appendice iſta famoſa, tunc locum inuenire debeat, niſi mores prouinciae et reipublicae conſtitutio aliud ſuadeant. Nunc uero mihi de mente ſanctionis iſtius ſtudioſe cogitanti, eamque ſecundum ſanioris politices principia ad trutinam reuocanti, ſcrupulus oritur: annon inſtituta Germaniae ſemper aliud eſſent ſuaſura? Et ſane, ſiue leges imperii noſtri publicas, ſiue mores patrios a Romanorum moribus longe diuerſos, ſiue rerumpublicarum noſtrarum finem atque conformationem intueamur, ſiue in ipſius legis huiusce rationem accuratius inquiramus, uſum tamen illius ualde exiguum eſſe apparebit. Vt enim taceam omnem doctrinam illam de exiſtimatione atque infamia, quae, haud ſolidis innixa fundamentis, uaria iam fata, uariasque experta fuit mutationes, quaeque ſat multis implicata erroribus, politiori politicorum cohorti numquam arriſit; [a]) aliae adhuc eaeque admodum graues ſuppetunt rationes, quamobrem definitionem iſthanc Romanam illius generis legibus ciuilibus adnumeremus, quae prudentiam legislatoriam parum ſapiunt, et quas ideo legum poſitiuarum nomine inſignitas, poſſibilibus [2]) opponunt recentiores politices doctores de natura legum ciuilium inueſtiganda maxime ſolliciti. Elegan-

tioribus hisce ingeniis omnes eiusmodi leges iniquae uidentur atque odioſae, quae priuatis facultatem adimunt, de bonis ſuis propriis, nonnumquam multo ſudore partis, ex arbitrio ſuo diſponendi, quae itaque libertatem ciuilem, ſummum ac praeſtantiſſimum ſubditorum bonum, nimis arctis limitibus circumſcribunt. Perſuadent ſibi uiri iſti rerum optime gnari, actum eſſe de ciuium induſtria atque feruore, quo tamen et commercia, et officinae, adeoque ipſa ciuitatis ſalus atque opulentia nititur, ſi ciuium libertas tam rigidis legibus reſtringeretur. Quae quum ita ſint, quis non optabit, ut iſtiusmodi leges peregrinas ſeculi noſtri genio minus accommodatas, ac rerum publicarum felicitatem atque incrementum magis impedientes, quam promouentes, quippe omni plane ſpiritu carentes, penitus ignorarent noſtrates?

1) *Vid. Geiſt der Geſeze der Teutſchen Cap. XIII.* it. *Initia Iuris politiae Germanorum, § 289 pag. 417 ſeqq.*

2) Vetus ſane diſcrimen; ſed recens nominatio, cuius auctorem putamus eruditae Galliae decus, ill. *de* MONTESQVIEV, de iurisprudentia legislatoria praeclare meritum. Digna omnino uerba, quae cum lectore beneuolo communicentur: *Les Loix*, inquit, *dans la ſignification la plus étenduë, ſont des rapports néceſſaires, qui derivent de la nature des choſes; et dans ce ſens tous les Etres ont leurs Loix.* En definitionem omnibus legum generibus accommodatam, cum phyſicis et mechanicis, tum etiam moralibus! De his quidem poſtea: *Les Etres particuliers intelligens peuvent avoir des Loix qu' ils ont faites; mais ils en ont auſſi qu' ils n'ont pas faites. Avant qu' il y eût des Etres intelligens, ils étoient poſſibles; ils avoient donc des rapports poſſibles. Avant qu' il y eût des Loix faites, il y avoit des rapports de Juſtice poſſible. Dire qu' il n'y a rien de juſte, ni d'injuſte que ce qu'ordonnent au defendent les Loix poſitives, c'eſt dire, qu' avant qu'on eût tracé le Cercle, tous ſes rayons n' étoient pas egaux.* Vid. *l' Eſprit des Loix, Chap. I.* Conf. ill. *a* IVSTI *Natur und Weſen der Staaten*, § 160.

* * *

Ipſa quidem uirtus, doctrina, induſtria, poſſunt,
Dexteritasque, ſibi conciliare decus.
Non tamen aequa Themis ſua praemia denegat: eſſe
Nec fruſtra ſtudium Patria grata ſinet.
Haec, COGNATE, TIBI, SVAVISSIME, grandia dona,
Praemia et ex animo gratulor illa TIBI.

Ita promeritis honoribus
EGREGII AESTVMATISSIMIQVE
DOM. CANDIDATI
L. M. Q. applaudit
D. IOH. BARTHOLOM. RIEDERER.

---

## WOLFGANGI ALBERTI SPISII D.
### ORDINIS ICTORVM SENIORIS ET H. T. DECANI
### ALLOCVTIO AD
## FILIVM CANDIDATVM.

Non una laetandi cauſa mihi eſt, cariſſime Fili, cum res tuae eo iam peruenerunt, ut tibi ad ſummos in Iure honores aditus aperiatur, et Licentiati dignitas, me quidem ipſo interprete ac brabeuta, legitime conferatur. Divini Numinis bonitatem pia mente celebro, quae conatibus tuis largiter adſpirauit, et, quidquid curarum a parentibus in te rite educando tuaque ſalute fundanda impenſum fuit, ſuccedere iuſſit feliciter. Sed et ſilere nequeo adiutricem in te formando operam amiciſſimi HOFFERI, Excellentiſſimi in hac Academia Doctoris et Collegae mihi coniunctiſſimi, quem per ſeptennium olim ſtudiorum morumque tuorum moderatorem habuiſti, ea quidem aetate, qua literarum amore et uirtutis ſenſu imbui ad omnis uitae felicitatem maxime intereſt; cuius adeo in te optimis doctrinis expoliendo et ad honeſtatis ſtudium excitando merita plane ſingularia nulla, nec ex tuo, nec ex meo animo, unquam delebit obliuio. Iam uero eo tibi contendendum erit, ut, ſi quid eſt in te eruditionis et doctrinae, id omne ad communem utilitatem conferas, et Patriae dulciſſimae in partibus eius tibi credendis, pro uirium tuarum modulo, boni ciuis pietate ductus ſtrenue dextreque inſeruias. In quo quidem ita ſemper uerſaberis, ut iuſtitiae ſacerdotium ſancte colas, ut a uirtutis recteque faciendi ſtudio nunquam deflectas, ut ad oſtentationem famamque nihil, omnia autem ad conſcientiam referas. Quod ſi, ut ſpero, feceris, monitisque hisce meis paternum affectum ſpirantibus morem geſſeris, DEVM habebis propitium, Maecenates ac patronos fauentes fortunamque tuam amplificantes, bonos denique omnes tui amantes tibique bene cupientes. Vale, et, ut ualeas, cura. D. XXI Iulii A. S. R. cIↃIↃCCLXIIII.

NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO DOMINO CANDIDATO

S. P. D.

# IO. BERNH. HOFFERVS, D.

O diem laetum, mihique calculo candidiſſimo notandum, quo TIBI, PRAESTANTISSIME CANDIDATE, ad Themidos honores fortiter contendenti cum optimo quouis applaudo! Exornatus hac dignitate, uirtute et eruditione TVA praeſtantiori promerita, bono TVO ſingulari frueris, TEque (ominor) ciuem patriae reique communi et literariae inprimis utilem oſtendes. Quae enim haud ita pridem de *academia in quauis prouincia inſtituenda* literis mandaſti, typisque exſcribenda curaſti, de ingenii TVI elegantia, iudiciique acumine luculenter teſtantur, teſtantur etiam de mente TVA bonis artibus pleniſſime imbuta. Iam auſpicii cauſſa puriorem iuris ſtatutarii interpretandi rationem egregio ingenio, iudicio aequali, ita uindicas, ut ſuperiores laudes uehementer cumules augeasque. Sic TV, IVVENTVTIS NOSTRAE ACADEMICAE DECVS, ueſtigia legis atque perſequeris maiorum TVORVM, ſumma eruditionis et meritorum laude clariſſimorum, acceptamque eorum gloriam, ſi me audias, amplificare ſtudebis. Sic ardentiſſimis uotis reſpondes ſalutis TVAE cupidiſſimi Venerandique DOMINI PARENTIS, ICti conſummatiſſimi ſummisque in hanc academiam meritorum ornamentis maxime conſpicui, Patroni mei aeternum colendi. Hunc inprimis ſequi, huius implere debes ueſtigia. *O te beatum! cui* (SECVNDI TVI uerbis utor) *contigit unum atque idem optimum et coniunctiſſimum exemplar, qui denique eum potiſſimum imitandum habes, cui natura te eſſe ſimillimum uoluit.* Sincera haec uoluptas, qua hodierna luce perfundor, praecipuo quodam iure ad me pertinere uidetur, qui, TE, CARISSIME, non ut multi, ſed arctiſſime dilexi, ex quo olim munere diuino accidit, ut conſuetudinis quotidianae uinculo coniuncti una habitaremus, TVque, me praeeunte, liberalium artium ſtudiis operam indefeſſam nauares. Haeret mihi in mente, ſemperque haerebit, maxima, quae in TE, puero, erat docilitas, aſſiduitas, inque omnibus, quae ageres, alacritas. Haeret animi hilaritas ingeniique ac iudicii maturus uigor. Haerent mores facillimi optimique. Tam egregiis dotibus praeditus altioribus doctrinis ampliſſimoque legum ſtudio feliciter TE dediſti, eamdemque mentis erectae ac nulla ſeculi noſtri labe contaminatae firmitatem conſtantiamque comprobaſti, hincque ad doctrinae decus morum caſtitatem tranquillitatemque nullo non tempore adiungens, nec umquam uana inaniaque conſectando, aut bibendo, ludendo, concurſandoue ſanctas horas literis dicatas conſumens, Maecenatum praeſidia patronorumque beneuolentiam TIBI facillime conciliaſti. Plura non addo; acquieſco in uotis flagrantiſſimis, quae pro TVA TVORVMque incolumitate perpetua religioſe nuncupo. Annuat DEVS immortalis, faciatque, ut TV, AMICORVM SVAVISSIME, mox amplioribus auctus honoribus, TIBI et patriae dulciſſimae et orbi literato fructuoſis, PARENTIBVS SPECTATISSIMIS et ſplendidae familiae TVAE gaudia pleniſſima cumulatiſſimaque parare poſſis. Vale. Scrib. VI Calend. Maii, CIↃIↃCCLXIIII.

( o )

ULB Halle 3
002 408 120

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-159872-p0039-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-159872-p0040-9

4
1764, 4
G. 39. num. 28.
6
P. 81.

Q. D. B. V.

DISSERTATIO INAVGVRALIS
DE

# CAVTA GERMANICORVM MIXTI GENERIS STATVTORVM INTERPRETATIONE

QVAM
DEO AVXILIANTE
AVCTORITATE
MAGNIFICI ICTORVM ORDINIS
IN INCLVTA ACADEMIA ALTORFINA
PRO LICENTIA
SVMMOS IN IVRE HONORES
CONSEQVENDI
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISITIONI
DIE XXVI IVNII MDCCLXIIII
SVBIICIT

GEORGIVS CHRISTOPHORVS ALBERTVS
SPISIVS

KŒNFRIED UNIVERS. ZV HALLE

ALTORFII
LITERIS IOANNIS ADAMI HESSELII ACADEMIAE A TYPIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-159872-p0041-5